orat pro nobis patrem quia beata illa patria miseratione eius non minuit sed augmen
tauit misericordiam quia impassibilis factus est omnino impassibilis sed minime ponens induit
sibi viscera misericordie cum ante misericordie fuerit assistit. Est et alia causa que
magis urget eos ut solliciti sint de nobis quia iuxta verbum apostoli deus prouidit
pro nobis ne sine nobis consumarentur sicut ait sanctus [illegible] expectant iusti donec
retribuas michi. ¶ Debemus etiam attendere exemplum eius quia quamdiu in terris vixit
est et cum hominibus conuersatus est non declinauit neque ad dexteram neque ad sinistram
sed viam regiam tenuit donec veniret ad illum qui dixit Ego sum via veritas
et vita. Intuemini [illegible] operum eius auctoritate verborum eius et tunc videbi
tis quod tam verbo quam exemplo luxerunt nos homines qualia nobis vestigia dere
liquerunt ut ambulemus per ea et in eis vere iuxta prophetam Semita iusti
recta est rectus callis iusti ad ambulandum. ¶ Sed et diligentiori intuitu consideremus
mus aspiciamus quia homo ille sicut nobis fuit passibilis ex eodem luto formatus
ex quo et nos. quid ergo est quod non solum difficile sed impossibile credimus ut faciamus
opera que fecerunt ut sequamur vestigia eorum. Confundamur fratres et [illegible]
mus ad verba istorum si forte hec confusio adducunt nobis gloriam si forte gratiam no
bis generet timor iste. homines isti fuerunt qui precesserunt nos qui tam mirabiliter
precesserunt per vias vite ut vix eos homines fuisse credamus. Sic ergo istorum
festiuitatibus et gaudere et confundi debemus. gaudere quia patronos premisimus
confundi quia eos imitari non possumus. Ita semper gaudium verum in hac valle lacrimarum
pane condiri debet ut non solum semper extrema sed et prima gaudii luctus occupet
quia et si magna est gaudiorum materia sed maior est dolorum. Memor fui dei et de
lectatus sum [illegible] sed statim subiungit defecit spiritus meus turba
tus sum et non sum locutus. ‖ Et si hec in vigiliis [illegible] sanctorum cogitare debemus
quid faciemus in solempnitate sanctorum et summorum apostolorum petri et pauli loqui.
Sufficeret unius festiuitas ad confundendam exultationem vniuerse terre sed am
borum iunctim est ad cumulum gaudiorum ut qui in vita sua dilexerunt se in et
in morte non sunt separati. quid illis potentius dum fuerunt in terris quorum alteri tra
duntur claues regni celorum alteri magisterium gentium alter ananiam et sa
phiram occidit in verbis oris sui alter donat [illegible] donat in persona christi et
[illegible] confirmat tunc fortior est et potens quam potentiores sunt in celis qui tam poten
tes fuerunt in terris. Et qui nobis maiora relinquunt exempla quam illi qui in fame
et siti et frigore et nuditate et in omnibus illis que paulus enumerat [illegible] afflic
ti sunt et demum feliciter martirio regna celestia conscenderunt. Vere nobis [illegible]
confusionis sunt quos vix audemus aspicere ne dicam imitari. Rogemus ergo
eos ut ipsi propicium nobis reddant amicum suum iudicem nostrum qui est deus be
nedictus in secula amen. ‖ Item in die eorum. Sermo xx[illegible].

Gloriosa nobis solempnitas illuxit qua preclari martires [illegible]
cum duces apostolorum perpetes morte clarissima [illegible] Isti sunt pe
trus et paulus duo magna luminaria quos deus in corpore ecclesie suc
cendit quasi geminum lumen oculorum. hii mihi traditi sunt in magistros et in
ductores quibus secure me committere possim quia et nouis [illegible] vias vite

et mediantibus illis ad illum mediatorem ascende. Petro qui venit pacifice per
singula sua et que in celis et que in terris. Ille enim in utraque natura purissimus est qui
peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore eius. Quomodo autem ad illum audebo accedere
qui sum super modum peccatis peior qui peccavi super numerum arene maris. Tam ille
purior ego impurior esse non possum. Verendum mihi incidere in manum dei viventis
si illi appropinquare uel inherere presumpsero qui a me tanta differentia dividitur
quantum distat inter bonum et malum. Propterea dedit nobis deus homines istos qui et homines
essent et peccatores et maxime peccatores qui in se ipsis discerent et de se ipsis qualiter
aliis misereri deberent in magnorum eius criminum et magnis criminibus [illegible] dona
bant veniam et in qua mensura mensi sunt eis remetietur nobis. Permisit peccare
tam grande Petrus apostolus et fortissimus quo grandius nullum est et tam velocissi
me quam facillime veniam consecutus est et sic ut nichil de singularitate sui prima
tus amitteret. Sed et Paulus qui in ipsa visera nascentis ecclesie tam singulariter
quam incomparabiliter grassatus est per ipsius filii dei vocem ad fidem adductus et protin
us malis tantis bonis repletus est ut vas electionis fieret ad portandum nomen
eius coram gentibus et regibus et filiis israhel. Vas dignum et celestibus ferculis re
pletum de quo et sanus escam et infirmus accipit medicinam. || Tales decebat hu
mano generi pastores et doctores constitui qui et dulces essent et potentes et ni
chilominus sapientes. Dulces ut nos blande et misericorditer susciperent. Poten
tes ut fortiter protegerent. Sapientes ut ad viam et per viam ducerent que ducit
ad civitatem. Quid Petro dulcius qui tam dulciter ad se omnes invitat peccatores sicut
actus apostolorum et epistolarum eius series attestatur. Quid illo potentius cui et terra obedi
vit ut mortuos redderet et mare sub pedibus eius se calcabile prebuit qui Sy
monem magum spiritum suum sui in aere attigit qui claves regni celorum tam sin
gulariter accepit ut precedat sententia Petri sententiam celi. Denique quecumque
ligaveris super terram inquit erit ligatum et in celis et quecumque solveris super
terram erit solutum et in celis. Quid autem illo sapientius cui non caro et sanguis reve
lavit. Libentissime Paulum sequor qui primum dulcedine [illegible] eos qui
permanent et non exeunt potentiam qui fortior est omni principatu et po
testate qui sapientiam et medullam sacrorum sensuum non a prudentibus sed
a tercio celo largiente aspiratur. || Hii sunt magistri nostri qui a ma
gistro omnium vias vite plenius didicerunt et docent nos usque in hodiernum diem. Quid
ergo docemur uel docent nos apostoli sancti? Non piscatoriam artem uel scenofac
toriam uel quid huiusmodi. Non Platonem legere, non Aristotelis versucias in
versare, non semper discere et numquam ad veritatis scientiam pervenire. Docent me
vivere. Putas parva res sit scire vivere? Magnum aliquid, immo maximum est.
Non vivit qui superbia inflatur qui luxuria sordidatur qui ceteris inficitur pestibus
quoniam non est hoc vivere sed vitam confundere et appropinquare usque ad portas mor
tis. Bonum autem vivere ego puto et mala pati et bona facere et sic perseve
rare usque ad mortem. Dicitur vulgo quia qui bene se pascit bene vivit sed mentita est
iniquitas sibi quia non bene vivit nisi qui bonum facit. || Videtur autem quod tu
qui in congregatione es bene vivis si vivis ordinabiliter sociabiliter et humiliter

Nota triplex malum quod patimur

ordinabiliter tibi, sociabiliter proximo, humiliter Deo. Ordinabiliter ut in omni conversatione
tua sollicitus sis observare vias tuas et in conspectu Dei et in conspectu proximi
cavens et tibi a peccato et illi a scandalo. Sociabiliter ut studeas amari et amabilis
duci et affabilem te exhibere supportare non solum patienter sed et libenter infirmita-
tes fratrum tuorum tam morum quam corporum. Humiliter ut cum hec feceris omnem spiritum vani-
tatis studeas exsufflare qui ex huiusmodi nasci solet et quantumcumque illum senseris
negare ei consensum. Sic et in patiendo malum quod triplex est triplicem providentiam
te adhibere oportet. Est enim quod a te pateris, quod a proximo, quod a Deo. Primum est hauste-
ritatis penitentie, 2m vexatio aliene malitie, 3m flagella correptionis divine.
In eo quod pateris a te debes tempus voluntarie prefinire. Quod a proximo patienter fer-
re, quod a Deo sine murmure et cum gratiarum actione sustinere. Non sic multi filiorum Adam
qui errant in solitudine in inaquoso, errant utique plane et errant a via civitatis,
qui in solitudine superbie recedentes socialem vitam habere non volunt, quorum singulari-
tas assotiari non potest, sed et in aquoso quia nullo lacrimarum imbre compuncti in tam ste-
rili et arenti perpetua siccitate morantur. Propterea viam civitatis habitaculi non
invenerunt quia inveterati sunt in terra aliena, coinquinati sunt cum mortuis, deputati
cum hiis qui in inferno sunt. Non enim errat solitarius ille de quo scribit Ieremias
ait: Bonum est viro cum portaverit iugum ab adolescentia sua, sedebit solitarius
et tacebit, levavit se super se. Illi errant sed iste sedebit. Semper enim illi er-
rant corde, iste enim non sedet sed sedebit solitarius cum habuerit honorem singu-
laritatis illius, videlicet iudiciarie potestatis insigne quod sancti in terra sua
possidebunt, cum letitia sempiterna erit eis. Quare? Quia levavit se super se,
id est cum adolescens esset et etatis lubrice sentiret ardorem, senem induit re-
linquens quod erat, assumens quod non erat. Levavit inquit se super se, quia non
respicit se sed illum qui est super se. Sedebit enim et tacebit etiam modo a strepi-
tu dyabolicarum suggestionum, a strepitu carnalium desideriorum, a strepitu mun-
di. Felix anima que linguas istas non excludit, audiat licet. Illa multum felici-
or si omnino aliud est cum penitus non loquitur. Hec est sapientia quam apostolus loquitur
inter perfectos absconditam in misterio quam nemo principum huius seculi cognovit
et sic me apostoli vivere et ostendere docuerunt. Confiteor tibi Domine dixi quia abscondisti hec
a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis istis qui te secuti sunt et reliq-
uerunt omnia propter nomen tuum. Item de apostolis istis de lectione libri sapientie. Hi
sunt viri misericordie. Sermo xxij.

Merito forsan apostolis sanctis attribuitur mater ecclesia quod in sapientie libro legitur: Hi
sunt viri misericordie. Sunt enim hi plane viri misericordie, sive quia misericordiam
consecuti sunt, sive quia misericordia pleni, seu quia misericorditer a Deo nobis donati sunt.
Et vide quam misericordiam consecuti sunt. Paulum interroga de seipso vel magis sponte confiten-
tem ausculta: Qui prius fui blasphemus et persecutor et iniuriosus sed misericordiam consecutus sum.
Quis etenim non audivit quanta mala sanctis fecerit in Ierusalem, nec in sola Ierusalem et iudea
insania ferebatur ut Christi memoriam eliminaret in terris. Denique hac furia vectus ibat,
sed preventus a gratia est. Ibat spirans minarum et cedis in discipulos Domini, et dis-
cipulus Domini factus est, cui ostenderetur quanta eum oporteret pro nomine ipsius pati. Ibat

diu toto tempore vixit exsufflans et subito in vas electionis mutatus est ut
iam ore illius eructaret verbum bonum verbum pium et diceret. Domine quid me vis fa-
cere. Hec utique est mutatio dextere excelsi. Merito proinde loquebatur. Fidelis ser-
mo et omni acceptione dignus quoniam Christus Ihesus venit peccatores salvos facere quorum primus
ego sum. Hoc ergo apud beatum Paulum fiducie et consolationis accipite fratres ut ad do-
minum usque conversi sitis etiam mundi cruciet preteritorum conscientia delictorum. Sed tamen habet
adhuc sicut et ipse. Ego sum minimus minimus apostolorum qui non sum dignus vocari apostolus
quia persecutus sum ecclesiam dei. Sed et nos humiliemur sub potenti manu dei ut
fiduciam habeamus quia et nos conversi sumus sanctificati sumus abluti sumus et hoc
quidem omnibus nobis quoniam omnes peccavimus et egemus hac gloria dei. Verum
apud beatum Petrum aliud habeo quod apponam eo carius quo rarius et quo sin-
gularius eo sublimius. Nam Paulus peccavit sed ignorans fecit in incredu-
litate sua. Petrus cum cecidit apertos habebat oculos. Porro ubi habundavit
delictum superhabundavit et gratia. Cor siquidem qui peccavit ante cum dominum nove-
rit quoniam misericordes eius experti sint quoniam portaverunt iugum suave et onus
leve susceptum devotionis gratiam et consolationis spiritus sancti cum quo copiosa redemp-
tio est. Et tales omnes nos fuimus. At eorum qui post conversionem suam peccatis et vitiis
implicantur ingrati accepte gratie et post missam manum ad aratrum retrorsum
prospiciunt tepidi et carnales facti aut post agnitam viam retroeunt apostate
manifesti cor utique per paucos invenies qui post hec redeunt in gaudium pristinum
sed magis in sordibus positi sordescunt adhuc super quos propheta deplorat. Quo-
modo obscuratum est aurum mutatus est color optimus. Et qui nutriebantur in croceis
amplexati sunt stercora. Nec tamen si quis huiusmodi est desperandus de eo tantum
ut resurgere velit cito quanto enim diutius permanebit tanto evadet difficilius.
Beatus vero qui tenebit et allidet ~~difficilius~~ parvulos Babylonis ad petram. Etenim
si creverint vix poterunt superari. Filioli hec dico ut non peccetis. Sed et si quis
peccaverit advocatum habemus apud patrem qui potest quod nos minime possumus. Tamen
qui cecidit non adiciat in malum ut profundius cadat sed magis ut resurgat con-
fidens quia nec ei negabitur venia si tamen ex corde confiteatur peccata sua. Sic enim iste de
quo loquimur Petrus post tam gravem lapsum ad tantam rediit eminentiam sanc-
titatis egressus foras flevit amare. In egressu confessionem oris in amaro fletu
compunctionem cordis intellige et attende quia tunc primum recordatus est verbi quod dix-
erat Ihesus. Tunc primo cordi fuit verbum quo predicta fuerat eius infirmitas quando
cavendum presumpsit temeritas. Ve tibi qui post lapsum fortiorem te nobis exhibes
ut quidam rigidus es in tuam ipsius perniciem. Inclinare potius ut melius
erigaris et ne prohibeas frangi quod distortum est ut possis melius solidari.
Quid indignaris increpanti gallo tibi potius indignare. Plumam volumtamque aut
prius segregabis dentes hedorum tue estimatum est. Bona infirmitas que segre-
gat hedum que medium non repellit. Induratos enim tamquam vas figuli in
virga ferrea conteret et hedorum confirmatum est ait. Tu vero persensisti enim. Iu-
dicasti recte quam misericordiam consecuti sunt apostoli nec ut iam nove et nobis su-
per peccatis preteritis ultra quoniam intus sit confundatur in tabula conscientie sue compunctus

quid enim? forte peccasti in seculo: numquid amplius paulo? Et si cecidisti in religione numquid plus petro? Attamen illi toto in corde penitentiam agentes non modo salutem sed et sanctitatem sunt consecuti etiam et salutis ministerium et magisterium adepti sunt sanctitatis. Et tu ergo fac similiter. Et quoniam propter te scriptura loquitur viros illos esse misericordie utique propter multam misericordiam quam consequi meruerunt.

Possumus tamen et in hoc verbo etiam illud non incongruenter accipere viros nimirum fuisse apostolos in plenos misericordie seu viros nimirum misericordie datos toti universe. Neminem enim quippe michi isti viri nec sibi vixere nec sibi sunt mortui sed ei qui pro ipsis mortuus est magis autem nobis omnibus propter illum. Quantum enim prodesset nobis eorum iusticia quia ipsa quoque sicut ostensum est tantum profuere primum pro nobis fuit eorum vita eorum doctrina etiam et mors ipsa etenim in quesito me gemenciam in predicatione sapienciam in passione sua pacienciam nobis beati apostoli contulerunt quanto magis hodie conferre non cessant misericordie pleni quod est sanctorum fructus ostendit quibus et in ipsa eorum vita adhuc in carne manentes quod ammirabilius est diutinam scilicet quam nobis miraculorum exhibitione plurimum et quis enumeret quam multa nobis per eos beneficia proveniunt. Unde ergo de eis scriptura loquitur quoniam viri sunt viri misericordie et addit quorum iusticie oblivionem non acceperunt vis ut nec tua accipiat oblivionem? Attende ut plura eius paulo et florebit iusticia tua ante deum. Legis enim quod tepidus es incipiam te evomere de ore meo. Legis Si avertit se iustus a iusticia sua et fecerit iniquitatem omnium iusticiarum eius non recordabor. Legis quibusdam dicendum in iudicio non novi vos illis sine dubio qui receperunt mercedem suam. Ergo omnis iusticia tepida omnis fictitia omnis venditione tradita in oblivionem venit apud deum. Sed non ita apostolorum iusticie quod ex eo satis apparet quod sequitur Cum semine eorum permanet bona manet enim in nobis usque hodie apostolorum vestigia et eorum religio quia qui ex deo est non potest dissolvi. Vestes israhelitici populi quadraginta annis in deserto perduraverunt integre multo magis apostolorum vestes super iumentum salvatoris apposite cum semine manent eorum. Quod est semen? quia semen adiungit hereditas sancta nepotes eorum iidem profecto sunt et semen et nepotes. Meministis credo fratribus enim legem loquor in ministris meis legales viduam ut suscitet supstes semen fratri defuncto sine semine. Quis sit semen? Singulare autem sum ego donec transeam Ideoque resurgens vade inquit dic fratribus meis. Ac si diceret fratres sunt fratris quod sanctus ergo per evangelium ipsi nos genuerunt non tamen sibi sed christo propter evangelium christi. Hinc est quod moleste tulit paulus quosdam eorum dici a quibus geniti fuerant per evangelium indignans adversus eos qui dicebant Ego sum pauli ego vero cephe ego vero appollo christi magis omnes fieri volens. Et dici eorum semen apostolorum sumus per potenciam sed per adoptionem et hereditatem semen christi et apostolorum nepotes.

(De david et golia et quinque lapidibus Sermo xxiij.

Audivimus ex libro regum goliam virum procere stature presumentem super multa fortitudine et magnitudine corporis sui vociferantem adversus phalangas israel et provocantem eos ad singulare certamen. Audivimus etiam suscitatum a deo spiritum pueri iunioris ut indigne ferret